

bellum subiungasset, tandem posedit cum suo exercitu in par-
tibus Turonice civitatis. Rex igitur Francie Johannes congre-
gato exercitu copiosissimo sibi occurrens, cum dictus princeps ten-
deret ad recessum, dictus rex Francie eundem insequens ipsum opti-
nuit in finibus civitatis Pittaviensis. Ubi cum dominus Fustala-
nus ⁴⁰⁷ sancte Romane ecclesie cardinalis per sedem apostolicam de-
stinatus inter dictum regem Francie et filium regis Anglie prin-
cipem Vallie de pace tractaret, rex Francie manu signatus pluri-
mum foriori videns Anglicos conclusos pacis federa non recepit,
sed ad committendum prelium cum dicto principe acies ordina-
vit. Quod videns dictus princeps Vallie ipse cum suis licet numero

1356 sept. 19.

paucioribus erectis animis primam regis Francie invadens
aciem vincens prostravit eandem. Inde media vero acie consti-
tuti acie videntes primos esse devictos hostibus terga dederunt.
Rex autem Francie in terra constitutus acie de fuga suorum
non perterritus forte commisit bellum cum inimicis, ubi
Anglici potiti victoria dictum regem Francie una cum filio
suo ^{iuniore} et multis nobilibus captivos secum in Angliam ab-
duxerunt. Et sic rex Anglie predictus omniabili fortune beneficio in
brevis temporis spatio de duobus regibus potentia ¹⁾ et viribus ma-
gnis videlicet de rege Francie et de rege Sthorie victoriam consecutus
in sua custodia simul repositis feliciter triumphavit.

fol. 113.

Interea in territorio civitatis Leodiensis duo bella
successa continuo notabilia acciderunt. Nam Engelberto

h) potentia ^{cod.} potentia 2.

¹⁾ Bellum Leodiense in
marg. cod.

Hgl. Hilum (p. 2, 22.)

417 Talleyrand de Perigord.